UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

De Vasis, & instrumentis exponendæ Sacræ Eucharistiæ vsui pro oratione quadraginta horarum necessarijs, cum eorundem formulis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62072

Visual Library

cationibus publicis intereſſe ſolet, ac ſodalitates omnes; & cunctus prę tereà populus, ſuis parochialibus ſanctorum inſignibus diſtinctis, in illam matricem eccleſiam generatim, vniuerſèque ad orationis celebritatem conueniat.

Sigillatim uerò pro uniuſcuiuſque parochię, uiciniæve, in claſſes diſtinctæ, ratione, quam Epiſcopus certam ſtatuerit, inieritve idem tum clerus ſęcularis, ac regularis, tum populus ſtatis horis, ſibi ordine ſpeciatim attributis, ad eam Baſilicam concurrat, more ſolennium proceſſionum, cruce.ſ.prelata, & precum, añarum, pſalmorumq; pio, ac religio-

6 quæ ad diu .off.pert. ſo cantu; indeq; quo ordine proceſſerit, eodem piè, deuoteque redeat.

28 Feria quinta Cœnæ Dñi, quò religioſius colatur, & cuſtodiatur locus, in quo ſanctiſs. Chriſti Domini corpus recondi ſoléne eſt: Epiſcopus diligenter curet, ut & in Baſilica Cathedrali, & in Eccleſijs, tam collegiatis quàm parochialibus ſemper unus ſaltem Sacerdos, aut ſacris initiatus, eo ſacro loco, tanquam in ſtatione collocatus, excubet, atque euigilet in aſſidua precatione, ſanctaque meditatione.

De Vaſis, & inſtrumentis exponendę ſacræ Euchariſtiæ vſui, pro oratione quadraginta horarum, neceſſarijs cum eorundem formulis.

SVMMARIVM.

1 *Tabernaculum paruum, & cuius formæ. De vaſis, &c. ad ſanctiſſimum Sacram. in proceſſ. deferen. num. 2.*
Vela, & qualia. De cuſtodia ſanctiſs. Euch. num. 10.

Inſtr. ſupp. eccle. Cathe. colleg. & paroc. eccl. li. 2. De ſupelle. q̃ ad cultũ. &c.

1 TABERNACVLVM unum in parochiali eccleſia, ad exponendam in altari ſacram Euchariſtiam; & in proceſſionibus deferendam, in cathedrali uerò, & collegiata eccleſia duo ſint, ad eundemmet uſum.

Quæ pertinent ad Sacramenti pœnitentię adminiſtrationem.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio peccatorum ſemel ſaltem in anno parocho facienda.*
Non tamen vſque ad hebdomadam Sanctam differenda. 13.
Confeſſi in Paſcha referendi in librum. De Confeſſario, nu. 37.
Qui eo tempore non communicarint, eccleſiæ ingreſſu interdicendi. De Sanctæ Euchar. in eccl. adminiſtr. num. 8.
2 *Quod interdictum, vt relaxandum.*

Con-